6 de Abril de 1764

1

Sala 1. Leg 293/1. Doc. 45.

Sta Colona de Farnes.

Territorio á favor de la Sra. Condesa de Aranda viuda, Baronesa de Sta. Colona de Farnes, y demas partes de su jurisdiccion

61.

GOBIERNO DE ARAGON

Nº 477

1764

Territorio General á favor de Su Ex.ª mi S.ra y Ex.ma Condesa de Robres, Viuda del de Aranda Marquesa de Rupit, Baronesa de S.ta Coloma de Farnés, para Cabrevar en d.ha Baronia de S.ta Coloma de Farnés, y demás partes de Su Jurisdicción.

Nota

A los 23. de Enero 1766. se ha entregado al D.r Juan Sauri, y Forns Abogado vez.º de Hostalrich Adm.or de la Baronia de S.ta Coloma de Farnes un transumpto de este Territorio.

GOBIERNO DE ARAGON

Quinientos y quarenta y quatro mrs.

SELLO PRIMERO, QUINIENTOS Y QUARENTA Y QUATRO MARAVEDIS, AÑO DE MIL SETECIENTOS Y SESENTA Y QUATRO.

CAROLUS III. D. G. HISPANIARUM REX.

Nos Carolus Dei Gratia Rex Castellæ, Legionis, Aragonum, utriusque Siciliæ Hierusalem, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Mayoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ Corsicæ, Murtiæ Giennis, Algarbii, Algecire, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, et Occidentalium Insularum, ac terræ firmæ Maris Occeani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Bravantiæ, et Mediolani, Comes Abspurgii, Flandriæ, Tirolis, et Barchinonæ, Dominus Viscaya, et Molinæ &a.

Jacobus Michael de Guzman, Davalos Spinola, Valavecino, Ramirez de Haro, Santillan, Ponze de Leon, et Maria, Marchio de la Mina, Dux de la Palata, Comes de Pezuela, de las Torres, Princeps de Masa, Marchio de Cabrega, Baro de Mosota, Dominus de Santaren, Magnates Hispaniæ primæ Classis, Stipator, Regius Cubicularius cum exercitio

4

Oques insignis Ordinis aurei Velleris, et Sancti Spiritus, Sancti Genari, et Calatrava, Administrator in ordine de Montesa Commendationum de Silla, et Benazal, Capitaneus Generalis Exercituum Suæ Magestatis, Director Generalis Exercitus, et Principatus Cathaloniæ Præses suæ Regiæ Audientiæ &a.

Ex supplicatis, et coram nobis humiliter deductis pro parte Illustris Donnæ Mariæ Josephæ Pons, et Mendoza, Comitissæ de Robres Viduæ de Aranda, Marchionissæ de Rupit, et de Vilanant, Baronissæ Sanctæ Columbæ de Farnés &c, intelleximus, ipsam habere, percipere, et possidere in diversis partibus prædictis Cathaloniæ Principatus, nonnullos census, agraria, Jovas, Decimas, tascas, partes expletorum, et alia jura dominicalia, ad quæ solvenda tenentur, et obligati existunt diversi Emphiteotæ, homines proprii, Agricolæ, et aliæ personæ, etiam de genere militari, qui eos, eas, et ea viis exquisitis, fraudare, et occultare satagunt,

GOBIERNO DE ARAGON

et solvere recusant, velitque dicta Illustris
Commitissa de Robres Viuda de Aranda,
jura ipsi debita, et quæ in cætero debuntur,
petere, exigere, recipere, et habere, et pro uti:
litate, et conservatione dictorum jurium,
et ne occultari valeant, seu deperdi, ca:
pibreviare, et recognoscere, seu capibre:
viari, et recognosci facere, opporteatque
in Causis, quæ ratione præmissorum
oriri sperantur Judicem, et Judices
dare, et assignare, quod facere non po:
test, nisi concesso per nos prius ter:
ritorio ubi dictæ Causæ ducantur, et fi:
ne debito terminentur; Nos vero vo:
lentes indemnitati memoratæ Illus:
tris Comitissæ de Robres Viduæ de A:
randa consulere tenore præsentium, de
nostra scientia deliberate, et consulto ad
Regiam, et liberam voluntatem relatæ Il:
lustri Comitissæ de Robres, seu legitimo
Procuratori pro quibuscumque Causis

alodialibus, et emphiteoticalibus (civilibus tamen) et Processibus inde fiendis, fineque debito terminandis Domum, seu Domos proprias, aut conductas cujuscumque, aut quorumcumque Judicis, seu Judicum, Notarii, seu Notariorum per nominatam Illustrem Comitissam de Robres eligendi, seu eligendorum in quibuscumque dicti Principatus Civitatibus, Villis, et Locis, quibus Juris Peritorum Copia adest in territorium, et pro territorio damus, concedimus, et assignamus, ita quod dicta Domus habeantur, et sint in territorium, et pro territorio ad antedictam Capibreviationem faciendam, et ibidem Processus, et Causae (Civiles tamen) prout Juris fuerit agitari, decidi, et Sententiari valeant, Ea propter dilectis, et fidelibus Regiis Protoribus, Locatenentibus Protorum, Bajulis, Subbajulis, Alguatziriis quoque Portariis, caeterisque demum Universis, et singulis

Oficialibus, tam Regiis, quam aliis ad quos
spectet proeventibus, et futuris ad penam
Florennorum auri Aragonum mille dicimus,
et mandamus quatenus incontinenti cum
pro parte nominata Illustris Comitis-
sa de Robres, seu ejus legitimi Procurato-
ris, seu Procuratorum Oficialium, seu Mi-
nistrorum fuerint requisiti voce preconia,
aut alias publice nuntiare faciant, ut que-
libet persona cujuslibet status, gradus,
aut conditionis existant, que census, Tri-
da, Morabatinos, redditus, aut alia jura fa-
ciant, et prestent, seu facere, et prestare
debeant, et teneantur infra certum tem-
pus, eis prefigendum, medio juramento os-
tendere, et propalare habeant in posse No-
tarii inde eligendi, ad hoc ut per ipsum
Notarium fieri valeat Capibrevium auten-
ticum, et juratum, ad futurorum memo-
riam, nostramque imo Regiam hujusmodi
territorii concessionem, et omnia, et singu-
la supradicta teneant firmiter, et obser-

tenerique, et observari faciant, et non contra-
veniant, vel contravenire permittant ratio-
ne aliqua, sive Causa. In cujus rei testi-
monium presentem fieri jussimus Regio
communi Sigillo in ejus dorso munit. Dat.
Bar.na die sexta Aprilis anno millesi-
mo septingentesimo sexagesimo quarto.

D. Rodericus de la Torre
Rs.
Rg.

Dn. Fran.cus Prats et Matas Secr.us
Dom. nostri Regis ejusq. Secr.a Prin.lis
Cam.e et Gub.i, mand.o Regio mihi facto
per Ill.m Dn. Rodericum de la Torre
Reg.tem Regie Audientie

Solvit pro jure sigilli L. 3.
Reg.ta in Diversor. vij fol. CCxvij

Exsitorium generale ad Causas Civiles tantum in fa-
vorem Ill.rie D.e Marie Josephe Pons, et Mendoza Comitis-
se de Robres Vidue de Aranda, Marchionisse de Rupit,
et de Vilanant, Baronisse Sancte Columbe de Tameir &c.